143

danihelis a populo esse lapidatos. hic uero scriptum est. quod frixe
rit eos rex babylonis in igne. unde et a plerisq(ue) ac pene omnibus
hebreis. ipsa quasi fabula non recipitur. nec legitur in synagogis
eorum. qui enim inquit fieri poterat ut captiui lapidandi prin
cipes et prophetas suos haberent potestatem. magisque hoc esse
uerum adfirmant. quod scribit hieremias. conuictos quidem es
se presbyteros a danihele. sed latam in eos sententiam a rege baby
lonis. qui in captiuos ut uictor et dominus habebat imperium;
quanti et de nostro grege similes ahab et sedechiae prophetant in
nomine dn̄i mendacium. et faciunt stultitiam in israhel. et moechan
tur uxores ciuium suorum. qui in eadem ecclesiae sunt urbe gene
rati. quos uerus nabuchodonosor friget in igne peccati. dicente
osee propheta. omnes adulterantes. quasi clibanus succensus a co
quente. felix qui tollit iugum ab adulescentia sua et sedet solus quia
amaritudine repletus est. potestq(ue) dicere cum dauid. non sedi in
concilio malignantium. et cum iniqua gerentibus non introibo.
quodq(ue) intulit nunc propheta. ego sum iudex et testis dicit dn̄s.
hunc habet sensum. haec quae dico de duobus pseudoprophetis. qui
locuntur uerbum in nomine meo mendaciter. quod non mandauer im
~~rim~~ eis. nequaquam opinione cognoui. sed ipse scio uera esse quem
celare nemo potest nec effugere me iudici ueritatem. et ad seme
iam nehel amitem dicere. et quod sequitur. haec dicit dn̄s exercituū
ds̄ israhel. pro eo quod misisti in nomine tuo libros ad omnem popu
lum qui est in hierusalem. in lxx non habetur. Rursumque adcludere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0293